

Joachim Stockmann

**Rector Academiae Rostochiensis, Joachimus Stockman, Philos. & Med. D.
Physices Professor. Ad exequias funebres quas ... filiolo Alberto Heinio,
Parentes moestißimi cupiunt paratas, Omnes omnium ordinum cives
Academicos ... invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1633

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771248342>

Druck Freier  Zugang



Stockman, J.,

in A. Hein.

Rost. 1633.

17.

RECTOR
Academiae Rostochiensis,
JOACHIMUS STOCKMAN,
Philos. & Med. D. Physices
Professor.
Ad exequias funebres,
quas
Sciitissimo desideratissimoq; filiolo
ALBERTO
HEINIO.

Parentes mæstissimi cupiunt pa-
ratus,

Omnes omnium ordinum cives Aca-
demus officiose & peramanter in-
vitat.



ROSTOCHI

Typos Joachimi Pedani, Acad. Typ.
ANNO M. DC. XXXIII.

A

RECTOR
Academie Rostochiensis,
JOACHIMUS STOCKMAN,
Philos. & Med. Doct. Physices.
Professor.



Itam in animae &
corporis coniunctio-
ne consistere; Con-
iunctionem illam ab in-
sito Naturali Calido,
tanquam necessaria
corporis conditione & intermedio
vinculo dependere, extra controver-
siam est. Hinc porro spacium illud vi-
ta, quo, ex Nativi caloris in suum hu-
midum actione (quod non aliter quam
flamma oleum unde vivit paulatim ab-
sumit) notabiles in corpore existunt
muta-

mutationes, ætas dicitur, quæ dum
per gradus quasi assurgit, modo ma-
jori, modo minori intercapedine se-
junctos, ab alijs aliter distingui-
tur. sunt, qui tres potissimas ætates con-
stituant, adolescentiam, juventutem,
senectutem. Hippocrates annorum
septimanis distinctas septem statuit æ-
tates, ita ut primam septenarius sim-
plex, alteram geminatus, tertiam tri-
plicatus &c. determinet, his charac-
teribus, 7. 14. 21. 28. 35. 42. 49. alij sicut an-
ni circulum: Ita & Vitæ, in quatuor
quadrantes dissecant, hac ratione, ut
adolescentiam, sub qua Infantiam,
pueritiam, pubertatem, & strictiore
vocabuli significatione proprie di-
ctam adolescentiam comprehendunt,
ad vigesimum quintum & trigesimum
annum, extendant, Et inde juventu-
tem, sive florentem ætatem, ad trigesim-

A 2 num

mum sextum, & quadragesimum pro-
ferant, ubi, quia parum subsistere vide-
tur ætatis, quemadmodum in solsti-
cio anni motus, decem illos qui à qua-
dragesimo ad quinquagesimum inter-
cedunt consistentiae tribuunt, reliquos
annos omnes, usq; ad extremū momē-
tum, ingravesceni & decrepitæ seni-
etuti communicantes. Quo tempore
jam obscuratur Sol & Lumen, &
Luna & Stellæ, & revertuntur nubes
post pluviam, & commoventur custo-
des domus, & nutant viri fortissimi, &
otiosi sunt molentes minuto numero,
& jam tenebrescunt videntes per fo-
ramina, & claudunt ostia in platea, in
humilitate vocis molentis, & consur-
gunt ad vocem volucris, & obsurde-
scunt omnes filiæ carminis, ubi jam flo-
ret amygdalus, impinguatur locusta,
& dissipatur capparis, ubi jam rumpi-
tur

tur funiculus argenteus ; & recurrit
vitta aurea & conteritur rota super ci-
sternam. (Ecclesiastes cap. 12.) Cate-
rum cum tantas secum ferant mole-
stias , formæ & virium detrimenta,
maturiores anni , & nulla sit ætas nul-
lus ætatis gradus , quin etiam suis , ijsq;
gravioribus sæpe obnoxius sit incom-
modis , & morbis , Quis non gratula-
bitur beatissimo nostro *Albertulo* , qui
ne gradatim singula emetiretur inter-
valla , nec , si non ubivis , saltem alicubi
impingeret , & communem morta-
lium sortem experiretur , tanquam sal-
tu elapsus , suum curriculum eo ipso
dum inchoavit , simul absolvit , & cum
in hujus mundi carcerem detrudere-
tur , ex ipso statim limine revocavit pe-
dem , & eò regredi maluit , ubi non au-
diuntur , quæ quotidianæ hic sunt quæ-
relæ , orah Dominc in quæ nos reservav-

A 3

sti

Iti tempora! O multa dictu gravia!
perpessu aspera! Quam bona mors
est homini præsentia quæ vitæ extin-
guit mala! : Ego & BiG. am. mu. Sed
suavissimis aures demulcentur con-
juncta voce decantatis hymnis, suavis-
simis jubilis. Ubi juventus senium,
decor pallorem, sanitas morbum &
vita nescit mortem. Quid igitur est
quod filiolum, quod vestrum *Albertulum*
eò transiisse tanto pere lugeatis mœ-
stissimi parentes! An ignoratis? Sed
qui tu hæc ignorare posses *Dn.D. Albert*
Dn.collega & amice pl.honorande, vir
omnigena rerum scientia instructissi-
me? Lappas, carduos, sentes, & similis
generis Zizania diu perennare, & quā-
vis aëris inclem tam superare, nec
facile intermori, è contrario autem,
quo nobiliores sunt herbæ, & pul-
chriores, fragrantiores, pretiosiores
flores,

A

flores, tanto citius flacessere, concidere, & extingui. Quin etiam referunt Naturæ scrutatores; Ephemeræ herbæ eundem esse primum & ultimum, natalem & emortualem diem. Jam vero hominum quis nescit similem esse cū floribus & herbis conditionem, eoq; nomine Pyrrhonem Eleensem, Naturalium rerum ortus & interitus indagantem hortos & sylvas obambula resolutum & nobilem illum Homeri versum ruminante ore saepius revoluisse,

οἱ ηπειροφύλακες γένεται τίνεται καὶ ἀνδρῶν.

Tale quidem genus est hominum, quale est faliorum.

Sed quid ego noctuam Athenas? Ad vos me converto cives Academicici, Dn. Professores, Doctores, Magistri, verbi divini ministri, Nobilissimi & doctissimi Studiosi, peramanter omnes & singulos invitans, ut ad presentis funoris deductionem frequentissimi convenire velitis, in solarium, in honorem & observantiam, Mæstissimorum Parentum, Patris, Consultissimi & Clarissimi Viri, Dn. Alberti Heinij, J. U. D. & historiarum professoris eximij, Matris, Catharinae Pauli, fæminæ matronalium virtutum splendore eminentissimæ.

A vii

*Avi Paterni Dn. Alberti Heinij J. II. D. Antecessoris
& Facultatis Juridicæ Senioris, vii celeberrimi, Dn.
Collegæ, fautoris & amici nostri pl. colēdi. Avi Materis
Dn. Simonis Pauli, Viri dum viveret spectatissimi, trium
Principum Megapolitanorum, Divi Uldarici, Divi Ca-
roli & Ducis Adolphi Friderici, Domini nostri clemen-
tissimi, per totos triginta tres annos Archivarij & Secre-
tarij fidelissimi. Avia item paterna Catharina Horst-
mans b. m. & Materna, Margareta Hagemeisters, ma-
tronarum ab utraque parte, cum pietate, tum alijs, ijsq;
non vulgaribus virtutibus insigniter conspicuarum.
Porro proavorum etiam, Dn. Friderici Heinij Jure Con-
sulti, & Dn. Simonis Pauli Theologi hujus Academiæ
non minus eximij, pie defunctorum laudes huc accer-
serem, & utriusq; familiæ in utramq; Remp. benemerita
prolixius recenserem, nisi omnibus vel in oculis
vel ore essent, & de vestro cives Academicci o-
mnium ordinum optimi, erga vestros Præcepto-
res, Fautores, amicos & collegas obsequio dubita-
rem. Aderunt igitur vestræ Excell. ad horam pri-
mam in templo Jacobæo, & præterquam quod Mor-
talitatis memoriam recolant, Ecclesiam DEO & u-
tramq; Remp. serijs precib. commendabunt. P. P.
sub Sigillo Rectoratus VIII. Januarij ANNO
M. DC. XXXIII.*





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771248342/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771248342/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771248342/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771248342/phys_0015)

DFG

stur funiculus argenteus ; &
vitta aurea & conteritur rota
sternam. (Ecclesiastes cap. 12.
rum cum tantas secum feran-
stias , formæ & virium detri-
maturiores anni , & nulla sit a-
lus ætatis gradus , quin etiam si
gravioribus sæpe obnoxius sit
modis , & morbis , Quis non
bitur beatissimo nostro Alber-
ne gradatim singula emetiret
valla , nec , si non ubivis , salte-
impingeret , & communem
lium fortem experiretur , tan-
tu elapsus , suum curriculur-
dum inchoavit , simul absolvit
in hujus mundi carcerem de-
tur , ex ipso statim limine revo-
dem , & eò regredi maluit , ut
diuntur , quæ quotidianæ hic
relæ , oah Domine in quæ no-

A 3

